



**IMAGE EVALUATION  
TEST TARGET (MT-3)**



**Photographic  
Sciences  
Corporation**

23 WEST MAIN STREET  
WEBSTER, N.Y. 14580  
(716) 872-4503

**CIHM/ICMH  
Microfiche  
Series.**

**CIHM/ICMH  
Collection de  
microfiches.**



**Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques**

**© 1984**

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured covers/  
Couverture de couleur
- Covers damaged/  
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/  
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/  
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/  
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/  
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/  
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/  
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion  
along interior margin/  
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la  
distortion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may  
appear within the text. Whenever possible, these  
have been omitted from filming/  
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées  
lors d'une restauration apparaissent dans le texte,  
mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont  
pas été filmées.
- Additional comments:/  
Commentaires supplémentaires:      This copy is a photoreproduction.

- Coloured pages/  
Pages de couleur
- Pages damaged/  
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/  
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/  
Pages décolorées, tachetées ou piquées.
- Pages detached/  
Pages détachées
- Showthrough/  
Transparence
- Quality of print varies/  
Qualité inégale de l'impression
- Includes supplementary material/  
Comprend du matériel supplémentaire
- Only edition available/  
Seule édition disponible
- Pages wholly or partially obscured by errata  
slips, tissues, etc., have been refilmed to  
ensure the best possible image/  
Les pages totalement ou partiellement  
obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure,  
etc., ont été filmées à nouveau de façon à  
obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/  
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	14X	18X	22X	26X	30X
<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input checked="" type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>
12X	16X	20X	24X	28X	32X

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:




University of British Columbia Library

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol  $\rightarrow$  (meaning "CONTINUED"), or the symbol  $\nabla$  (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

University of British Columbia Library

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.


Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole  $\rightarrow$  signifie "A SUIVRE", le symbole  $\nabla$  signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.

tails  
du  
odifier  
une  
image

rrata  
o

elure,  
à



DIEM FESTUM

VI. DEC.

NOMINI SACRO

N I C O L A I I.

IMPERATORIS ET DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI

DEDICATUM

UNIVERSITATIS LITERARUM DORPATENSIS CIVIBUS

CELEBRANDUM


EDIDIT


THEOPHILUS EDUARDUS LENZ  
THEOLOGIAE PRACTICAE P. P. O.

IN EST COMMENTATIONIS DE DUCHOBORMIS

PARTICULA I.

DORPATI MDCCCXIX.







47 1969

Ex decreto Ordinis Theologorum.

Dorpati, d. I. Dec. MDCCCXXIX.

Dr. Frid. Busch,  
h. t. Decanus.

Constat inter viros doctos, plures in Russia, praesertim inde a temporibus Patriarchae Nicoxis, saec. XVII. medio, existere sectas, plus minusve cum doctrina, tum moribus ab ecclesia orthodoxa discrepantes. Sed quae de iis hucusque innotuerunt, plerumque non nisi ad nomen ortumque earum pertinent. Nam de ipsa ratione, quae inter eas et ecclesiam graecam interest, nondum satis liquet. Quod, ex nostra quidem sententia, non tam fontium genuinorum defectu evenit, quam quod plurimae illarum sectarum minus dogmatum, quam morum et caerimoniarum diversitate ab ecclesia abhorrent. \*) Nihilominus historiae ecclesiasticae peritorum magnopere interesse videtur, ut de iis singula quoque accuratius cognita percipiant, quippe quae haud raro indole vel maxime peculiari gaudeant.

---

\*) Veteres auctores Rossicos, qui de schismaticis illis egerunt, quos Rossice dicunt *Raskolniki* (Раскольники, ab егупо расколѣнь discin-

Quamobrem in spem adducti sumus, viris doctis grata atque accepta esse futura, quae in scriptione hac qualicumque

dere, idem quod Graccorum *σχίσμα*, unde расколъ i. q. *σχίσμα*, sive, quod sibi nomen ipsi dedere, *Starowierzi* (Старовѣрцы) i. e. priscæ fidei addicti, vel etiam *Starobrūdzi* (Старообрядцы) i. e. priscas caerimonias servantes, collegit prae caeteris cl. *Strahlus* in egregia dissertatione, quae, ex ipsis Rossicis fontibus hausta, priores hac de re in lucem emissas longe superat, inscripta: *das Sectenwesen in der Griechisch-Russischen Kirche*, in ephemeridibus historico-ecclesiasticis *Stäudlini*, *Tzschirneri* et *Vateri* sub titulo: *Kirchenhistorisches Archiv*, annis 1824 et 1825 editis, demum typis excusa in ipsius auctoris libro praeclaro: *Beiträge zur Russischen Kirchengeschichte*, B. 1, Halle 1827. Cf. ejusdem librum nuperrime editum: *Das gelehrte Russland*, Leipz. 1829 variis locis, et indicem libri sub voce: *Raskolniks*.

Quibus ex recentioribus addendus liber Rossicus: Полное историческое извѣщеніе о древнихъ Стригольничкахъ и новыхъ Раскольничкахъ etc., собранъ Протоіерей Андрей Іоанновъ (Журнальевъ). С. Петерб. 1795, 4 Части, i. e. Vollständige historische Nachricht von den alten Strigolniks und neuen Raskolniks, die sich Altgläubige nennen u. s. w., Petersb. 1795, 4 Th., de quo cel. *Schlözerus* in ephemeridibus Gotingensibus (*Götting. gel. Anzeigen*, J. 1802, Bd. 2, St. 106, S. 1049) fusius remittit; deinde plures adhuc, quos *Smirdinus*, bibliopola, in Catalogo bibliothecae suae Rossicae (Російскія Россійскимъ книгамъ для членівъ изъ библіотеки Александра Смирдина, С. Петерб. 1828) P. 23—25, enumerat.

Fontem insuper haud negligendum, imprimis externae harum sectarum historiae, praebent edicta, singulis temporibus ex Augustissimi

in medium proferemus. Nam ex sectis ecclesiae graecae atque imprimis Rossicae, unam eamque nobilissimam nobis summus explanatus describendam. Differt enim non externa solummodo specie ab ecclesia orthodoxa, sed potius singulari quadam et peculiari cogitandi atque sentiendi ratione, qua falsa cum veris insanaque cum sanis, ex communi Fanaticorum et Separatistarum more, memorabili modo confunduntur. De choronzi sunt, de quibus agere instituimus.

Imperatoris auctoritate per summam Imperii Senatum publici juris facta, quae in manu sancti collegio Rossico legibus in ordinem redi-  
 gendis constituto (Gierez-Conaitzion) delentur, inscripta: Cucnemambr-  
 voritã Clogb cygecmnyougub zakonob Poccãnerõi Imperiũ  
 (Systematische Sammlung der im Russischen Reich geltenden Gesetze)  
 C. Heimpf. 1821.

Cicetum d. *Tschirner's* Geschichte der Griechischen Kirche, in *Schriickh's* Kirchengeschichte seit d. Reformat. Th. 9, S. 200, 221, 245 ff.

*Henke's* Allgem. Gesch. d. christl. Kirche, fortges. v. *Vater*, Th. 7, S. 379 ff.; Th. 9, S. 284 ff. 453 u. 478.

*Grégoire* histoire des sectes religieuses, T. II, Paris 1814, p. 300  
 499.

*Berliner* Monatschrift, Jahr 1802, August, S. 98 ff., aliaque scripta nonnulla, quae occasione oblata et huius rei mentionem faciunt, v. c.:

*Storch* Rußland unter Alexander I., 8. B., Lief. XXIII., S. 134.  
 Originalien von *Lotz*, Jahrg. 1825, No. 106, S. 849 f.

Quae hucusque de iis cōperta habuimus, aucta sunt tractatu, in ephemeridibus Rossicis, a cl. SWININ editis: ОМЕЩЕННЫЯ ЗАПИСКИ, i. e. Vaterländische Nachrichten, Tom. 33, Petrop. 1828 obvio, in linguam Francogallicam verso in commentariis diurnis, quibus titulus: Bulletin du Nord, publié à Moscou par G. Le Coïnte de Lavau, IV. Cah., Avril 1828, P. 396. His junge *fidei confessionem* memoratu dignam, quam ex autographo Rossico depromissee dicit cl. HENCKENBERGIUS in ephemeridibus, quae Berolini prodeunt sub titulo: Evangelische Kirchenzeitung, Jahrg. 1823, Juni, No. 52, S. 412 ff. u. Juli, No. 53 u. 54.

Nostros autem fontes, ex quibus uberiores Duchoborzorum descriptionem haurire statuimus, ill. Ewersio, viro excellentissimo, de historia Rossica magnopere merito, Universitatis nostrae Rectori magnifico, qui pro sua humanitate commentationes nonnullas ad historiam Duchoborzorum spectantes easque calamo exaratas, quibus libere uteremur, nobiscum communicavit, acceptos referimus.

Quarum commentationum *prima* eaque, quam ill. Ewersius a *Ministerio rebus ecclesiasticis praefectò* accepit, e literis potissimum originem traxit, quibus dumviri Senatores, a divo Imperatore ALEXANDRO I. provinciam Slobodsko-Ukrainicam inspicere jussi, LOPUCHIN et NELEDINSKI MELETZKI, a con-

siliis Rossicis intimis, Monarcham de rebus Duchoborzorum illius regionis aeque candide ac diligenter certiores fecerunt.

*Alter* commentatio auctorem habet viram Eminentissimum, et literarum cultura et ecclesiae gubernatione perillustrem S. R. Ecclesiarum, hoc tempore Metropolitan Kiovensen, qui cl. Ewersio, de scripto modo memorato cum eo communicanti, haecce chirographa tradidit: 1) relationem de quaestione, quam ipse anno 1802, ex mandato Eminentissimi Amaliosae, Metropolitanae Newgorodensis et Petropolitani, in concubio Alexandro-Neweni cum duobus Duchoborzis e rusticorum numero instituerat; 2) episcopi in confessionis fidei istius recte, ab ipso prescriptam, una cum praecipuis eorum dogmatibus, uberius ex confessione excerptis; 3) alias insuper schedas sectam spectantes, partim ex publicis partim privatis relationibus deprentas.

*Tertiam* denique commentationem, eamque haud exigui momenti, eidem cl. Ewersio debemus, Annales nempe a supra memorato Senatore Lopucenso manu exaratas, quibus de quaestione illa, quam cum Duchoborzis, iubente Imperatore, instituit, sat luculenter instruiuntur.

Facile intelligitur hos fontes eo graviores esse, quo magis, publica quadam auctoritate gaudentes, maximam suo jure fidem sibi vindicant.

Itaque, si hisce subsidiis adhibitis, una cum illis superiori tempore jam publici juris factis, sectam Duchoborzorum adumbrare molimur, haud frustra operam impendere confidimus, etiamsi non omnia et singula, de quibus lectorem certiozem facere cuperemus, plane assecuti fuerimus. Ordinem re ipsa jussu sequemur, hac prima particula *historiam sectae externam*, altera *ejus dogmata, caerimonias moresque tractaturi*, denique brevem nostram epicrisin ad calcem addituri.

---

I.

DE DUCHOBORZORUM ORTU, INCREMENTIS ATQUE FATIS.

Sicut multarum aliarum ita et hujus sectae originibus, sive tempus, sive causas modumque spectes, tenebrae sunt ofusae. Ipsi enim Duchoborzi acquabili quadam et accurata traditione de ortu suo plane destituti videntur, ideoque haud parum hac de re variant fluctuantque. Fidei quoque confessio ab ipsis tradita, cujus in posterum mentionem faciemus, nullum nobis neque de ortu sectae, neque de tempore, quo primum in publicum prodierit, nuntium attulit. Commemorat solummodo senem quendam SYLVANUM KOLESNIKOW, in vico



NIKOLSK, provinciae EKATERINOSLAVENSIS, vitam degentem, quem tamquam doctorem loquentem inducit. Is Duchoborzorum Ekaterinoslavensium auctor habetur. Contra rustici Jambovenses Duchoborzorum sectae addicti, in quaestione illa Alexandro-Newensi interrogati, se non unius ope, sed plurimum ex Ukrainia oriundorum conversos esse professi sunt. Rumor etiam existit, sectam in vico Ochotrskae, provinciae Charkovenis, incunabula habere. Ibi circa medium circiter saeculum superius senex, ut ajunt, miles, omnibus ignotus et advena habitus, apparuit. Is vesperi rusticos a labore vacantes, convocatos ad se, cuncte paulatimque nova dogmata docuit, ad quae eo facilis auditorum aures et corda inclinabat, quo magis eorum fiduciam et amorem consilia dando, lites dirimendo, variisque modis iis inserviando sibi conciliabat. Quo factum est, ut supplices eum rogaverint, ne initum vitae cum iis consuetudinam interrumperet. Quorum precibus obsecundans in singulorum domiciliis usque ad extremum vitae spatium versatus est. Inde viri doctrinam amplius ferunt divulgatam. Sunt autem, qui senem illum apostolum *Quakerum* fuisse e doctrinae, principiorum et morum similitudine conjiciant, plane vero deficientibus probantibus argumentis. Neque desunt, qui eos primum in provincia Tambovensi sub *Molocanorum* nomine (de quibus postea) in lucem prodiisse, indeque doctores suos in reliquas Rossiae provincias dimisisse contendunt.

Ultimo loco ponimus nonnullorum ex ipsis Duchoborzis opinionem, quae sectam vel ex ipsa sacra antiquitate antechristiana originem ducere perhibet. Nempe tres juvenes illos apud Danielem (III, 12 sqq.), in fornace ardente mirifice servatos, stirpem ipsos reliquisse ajunt. Sed, testibus ipsis, haec sententia haud proprio sensu sumenda esse videtur. Internam praecipue sectae nascentis similitudinem cum juvenibus illis martyribus indigitare vult, quippe qui, dum Nebucadnezaris simulacro divinam honorem negantes torqueri mallet, Duchoborzis exemplum praebuerint, quo utentes eo libentius poenas, ob iconomachiam et externi cultus contentum sibi inflictas, subirent.

Fontibus hic quoque inter se discrepantibus, ne annum quidem, quo primum vel in publicum prodierint, vel a magistratibus detecti fuerint, sat accurate investigare hucusque licuit.

Ex VATERI sententia \*) anno 1785 in provincia Ekatarinoslavensi innotuerunt, STRAHLIUS \*\*) autem jam regnante ANNA Imperatrice Mosquae et in aliis nonnullis urbibus Duchoborzos existisse contendit. Fontes denique, quibus nos utimur, quia internam magis quam externam Duchoborzorum

---

\*) I. c. T. VII, P. 549.

\*\*) I. c. Beiträge I.

historiam fovent, parum circumscriptè haereticos hos saeculi superioris (XVIII.) dimidia parte exacta primum prodiissè tradunt. Quod omnino verissimum est \*), quamquam alii aliis temporibus et locis detecti esse putandi sint.

Ipsi originum suarum ignari sunt, quia ad haec usque temporalongo terrarum spatio direnti, insuper plane inculti, nec scribendi artis periti, nullam sibi constantem traditionem propagare potuerunt.

Id autem verisimile ducimus, germina quaedam peculiaris eorum de religione sentiendi rationis jam multo prius, quam in lucem ipsi provenerint, sine nomine et habitu sociali inter caeteros Rossiae haereticos existisse. Quae autem causa fuerit, clam orta et procreata palam producendi nescimus atque omnino certiores fieri desperamus. Occurrit in fontibus nostris Procopius quidam Lupkinus, olim praetorianus

---

\*) In decreto Imperatricis *Catharinae II.*, d. d. 23. August 1799, haec e. g. inveniantur: По случаю отпритишейся въ Новороссійской Губернїи Духоборской ереси, изъ давня въ Россїи умы и сердца развращающей, и противу коей при началѣ Царства Нашого — — — употребили Мы наикромчайшія мѣры, і. е. jam inchoante regno nostro mitissima in eos consilia cepimus. Cf. Сводъ I. с. P. 87.

(Strelitz), qui cum asseclis circiter viginti anno 1715 in carcerem missus, internam et ipse spiritus sancti inspirationem et inhabitationem, haud secus ac Duchoborzi, professus est, quam ejus sententiam per plures jam Rossiae regiones divulgatam esse jactitabat. Anno 1753 iterum magna talium Fanaticorum copia Mosquae deprehensa est, e quorum in quaestione professis iudiciis judices ad hunc actum ab Augustissimo Imperatore constituti duodecim articulos elegerunt, quos S. Synodus dirigens per edictum (Ukas) d. d. 17. Jun. 1754 publici juris fecit. Unde patuit, 1) internam et immediatam eos statuere inspirationem, 2) sanctum se inhabitantem spiritum, dum divino quodam fervore correpti oracula ederent, saliendo exultandoque invocare, 3) denique sacramenta ecclesiae: baptismum, sacram coenam atque matrimonium repudiare vel spiritali tantum sensu accipere. E quibus quidem omnibus jam summa quoque Duchoborzorum dogmata elucent.

Quo penitus autem se ab ecclesia separarent, haud parum numerosorum aliorum in Rossia schismaticorum exemplo adducti videntur. Attamen miri aliquid habet, in hoc regno et inter ipsam quidem plebem sectam exoriri potuisse, in cacteris fere omnibus, uno excepto ecclesiae contemptu omnibus communi, a reliquis schismaticis longe discrepantem. Quare S. Rev. auctor libri manuscripti, supra sub Nro. 2 no-

minati; Anabaptistas, Mennonitas, Quakeros, fratresque Mora-  
vienses, in Rossiam adventitios, et imprimis eos qui „*Freimau-  
rer*“ vocantur, Duchoborzorum et ortum et proventum fovisse  
putat. Cui quidem sententiae, certe quoad ortum sectae, mi-  
nime nobis licet adstipulari, cum ex vetustiori aevo Ducho-  
borzorum origines repetamus. Nihilosecuius ex insigni, quae il-  
lis sectis cum nostra est, multorum dogmatum similitudine  
(unde jam Quakeri et Mennonitae Rossici audiunt Duchoborzi)  
concludendam videtur, inter Mennonitas \*), praesertim in  
provincia Ekaterinoslavensi frequentes, et Duchoborzos e  
pari externa conditione etiam internam fidei communionem  
exercitum esse, quae ad excolendam doctrinam Duchoborzicam  
haud parvam contulerit. \*\*)

Nomen *Duchoborzorum*, hoc tempore apud omnes usurpa-  
tum, nun sibi ipsi dederint, dabitatur. Fontium nostrorum pri-  
mus a. 1788 ab Ambrosio, tunc temporis Archiepiscopo Ekateri-

---

\*) Inde ab a. 1799 usque ad a. 1810, testibus ephemeridibus publicis,  
Mennonitarum familiae circiter quingenti, imprimis Gedano oriundae,  
novas sibi in provincia Ekaterinoslavensi sedes elegerunt. Cf. *Ис-  
счепыреніи Нисрнхъ* 1805, Сентабр., P. 94 et *Сбверн. Поруа*,  
1810 d. 19. Jan.

\*\*) v. Strahl l. c.

noslavensi, ad significandam singularem doctrinae studiique eorum indolem iis impositum fuisse contendit. In quam sententiam facile nos transimus, cum varius illius nominis sensus et apud ipsos Duchoborzos, et apud adversarios locum habeat. Ex horum nempe sententia idem significat quod Graecis Πνεύματομάχοι, nobis: „*Geistesstürmer*“, \*) et quidem secundum analogiam verbi Ικόνοβορzi i. e. graece Ικόνομάχοι, vernacule „*Bilderstürmer*.“ Quo quidem nomine et ipsi quondam magistratus sectam, nondum penitus cognitam, appellare consueverunt, quippe quae inter caetera quoque imaginum cultum repudiaret. Ipsi vero ita nomen suum derivant, ut homines significet spiritualiter in carnem pugnantes, sive spiritu vigiles Dei servos. \*\*) Apud plebem variis nominibus plerumque ludibrio habentur.

Sic c. g. longe lateque audiunt MOLOCANI i. e. lactarii, sive lacte vescentes (a молока, lac), quia, jejunia ab orthodoxa ecclesia praescripta non observantes, omni tempore lacte carneque vescuntur. Est quoque iis nomen *Pharmasonum*, quae quidem appellatio nobis e verbo ΜΑÇΟΝ corrupta videtur,

---

\*) А духъ spiritus, et борецъ, pugnans, dimicans.

\*\*) А бодрый, vigil, alacer, бодрствованъ vigilare, ex quo etymo nomen scribi posset *Duchobodrzi*.

quia cum iis quoque, qui hoc nomen gerunt, a plebe commutantur. Ipsi demique semper prae caeteris, *Christianorum* eorumque *spiritualium* nomen κατ' ἐξουσίαν sibi vindicant, quo suam et cogitandi et vivendi rationem, reliquis, quos *mundanos* appellant, oppositam significent.

Usque ad huius nostri saeculi initium nusquam societas Duchoborzorum communis neque colonia existit, sed singuli potius in singulis familiis dissipati urbes vicosque incolebant. Sic per amplem imperium dispersi in quavis fere illius regione occurrebant, praesertim in provinciis meridionalibus: Charkovensi, Tambovensi, Ekaterinoslavensi, Saratovensi (ubi sub Morozokorum nomine frequentes inveniuntur), denique in Caucasia (ex. gr. in oppidis Georgiewsk et Stavropol); neque septentrionalibus et arcticis provinciis desunt, ut Archangelicae (in oppido Kola), neque orientalibus, ut Sibiriae (in urbe Irkutsk), nec etiam Kamtschatka plane iis caret. Ipsi quidem se et inter Germanos Turcasque fratres sociosque habere gloriantur, quae vero illorum persuasio nobis argumento esse potest, hucusque eos sectam, arctioribus quibusdam finibus circumscriptam, nondum constituisse, ita ut, quantum quidem ex suis de ecclesia et coetu christiano dictis concludere liceat, omnes potius sibi adnumerent, qui similibus ac ipsi causis permoti ab universa se ecclesiae communiione separarint. Eodem modo nunc quoque iis Duchoborzis, qui separatim et

in *διασπορά* vivunt, vel nulla omnino, vel nulla aequabilis conjunctio esse videtur, quae e contrario non nisi fortuito fit, idque viatorum mercatorumque ope, exceptis summi discriminis casibus, ubi per nuntios alii cum aliis communicant. In honoratioribus cultioresque imperii ordines sectam irrepsisse nullo adhuc exemplo, quod nobis certe in promptu sit, probari potest, sed potius ii tantum, qui humilis, praesertim rusticae, conditionis sunt, imprimis ex Cosacorum, quos Donicos vocant, numero ei adstipulantur. Quae quidem res valde memorabilis est, cum similes in aliis terris Fanaticorum familiae inter omnes reipublicae ordines asseclas habere soleant.

Ita ab illo, quo primum detecti fuerant, tempore usque ad hoc nostrum saeculum turbatis tantum et angustis rebus utebantur. Quod non mirum est, praesertim si cogitamus, quam singularis immo scelestae sectae talis populo videri debuerit, qui constantissimo studio praevaricarum ecclesiae et institutionum et caerimoniarum tenax est. Accedit, ut plebs plerumque ad res istiusmodi recte judicandas veraque in iis a falsis et praeposteris discernenda minime sit idonea. Denique et ipsi Duchoborzi motus civiles ciendo legibusque repugnando saepe numero magistratibus clericisque suppressivos se quasi obtrudebant. Quo factum est, ut regnante adhuc CATHARINA II. gloriosae memoriae, undique fere suppressi et vexati vitam degerent, imprimis inferioribus magistratibus populoque invisi.



Quam ob rem, quoties fere clerico, sive magistratui occurrebant, in questionem et custodiam dabantur; vicinos convenientes, acerrimis conviciis et injuriis inter se disceptabant; neque quidquid faciebant, quod non vitio, vel crimini in ipsam rempublicam iis vertebatur. Superiores autem magistratus secundum inferiorum sententias lites dirimebant, unde factum, ut non semel criminum publicorum poenas subirent. Neque id immerito. Cum enim, et ecclesiastica et civili auctoritate posthabita, vectigalia publica pensitare abnuerent, reipublicae detrimentum intulerunt. Sic ex. gr. regnante PAULO I. anno 1759. \*) Tam Duchobororum triginta et unus ob magistratum suum, quoque contentum, tanquam rebelles et seductores populi, censuris onerati, Ekaterinopolin in Sibiria, ad gravissimos in metallis labores sustinendos, missi sunt. \*\*) Et sequenti jam anno (1800) plures iterum in provincia Novogorodensi delicti, ob eandem causam in jus vocati, sed qui ex iis humiliter deprecabantur, Imperatoris clementia liberati sunt. \*\*)

Postea ALEXANDER I. auspicia regni cepit, et, qua fuit le-

---

\*) Cf. CAZNE, in exordio laudatum, Tom. I, P. 87. Edictum d. d. 23. Aug. 1759.

\*\*\*) Cf. CAZNE, T. I., P. 69.

nitate atque clementia, Duchoborzorum conditionem certe externam totam mutavit. Anno 1801, cum primum Mosquae coronam sibi imposuisset, LOPUCHINUS et NELEDINSKI MELITZKIUS, Senatores, provinciam Slobodsko-Ukrainicam inspicere jussi, de haereticis quoque ibi frequentibus, diligenter exploratis Imperatori mentionem fecere. Qui, accepta eorum relatione, haereticis nostris, ex ipsorum sententia, in locis Tauricae provinciae desertis, trans Borysthenem sitis, sejunctam a caeteris coloniam collocare permisit. In circulo MELITOPOLITANO, juxta Maeotidem (Asowsches Meer) caurum versus sito, agri iis assignati sunt, qui a *Molotschna* fluvio, per Limanum Maeotidem influente, *Molotschnicarum aquarum* (молочния вода) nomen traxerunt. Ubi quam primam Duchoborzi coloniam constituerunt, triginta familiis continebatur, mox vero ad hominum trecentorum numerum augebatur, qui, rei rusticae et pecuariae operam dantes, stabiles sibi res domesticas condebant et exemplo suo alios quoque alliciebant. Nam haud multo post, anno 1805 haeretici provinciarum Tambov et Woronesch, iisdem ac illi sacris addicti, ut eandem sibi veniam daret, ab Imperatore petierunt. Quorum preces minime aversatus est Imperator, quippe qui pro sua sapientia prodesse id reipublicae intelligeret, si separandis talibus hominibus a caeteris ecclesiae membris tum pax servaretur, tum loca regni deserta colerentur. Nec spes scellit.

Nunc enim regiones illae late patentes uberrimo frugum proventus florent, praesertim cum et Mennonitae aliique e Germania adventitii utilissimam ibi operam agrorum culturae impendant. Duchoborzorum quoque coetus perpetuo augetur novis e diversissimis Rossiae regionibus sui generis advenis, ex gr. e Caucasia, Sibiria, Archangelopoli, Kola, nec non ex terris lacum Onega adjacentibus, ex ipsa denique Finnia et insula Oesel. Qui quidem omnes nunc temporis cum reliquis eadem dogmata sacraque sequentibus sat amplam coloniam in illis regionibus constituunt.

Sed non una tantum ratione sub divi Alexandri imperio Duchoborzis optima et laeta quaeque evenerunt. Imperator enim, quae clementia ejus fuit atque sapientia, etiam in tractandis hisce schismaticis semper recta consilia iniit. Novis Duchoborzis apud Tambovenses anno 1804 detectis, in edicto, ad provinciae gubernatorem misso, Caesar normam praescipit, quam hac in re magistratus tum superiores tum inferiores sequerentur. \*) Quae quidem adeo memorabilis videtur, ut integram atque genuinam hic eam transcribendam et in notis, majoris perspicuitatis causa, interpretationem vernaculam addendam censeamus:

---

\*) Cf. Сводъ Т. I, P. 87. 83.

## УКАЗЪ 1804 ТАМБОВСКОМУ ГРАЖДАНСКОМУ ГУБЕРНАТОРУ ПАЛИЦЫНУ.

Министръ Внутреннихъ дѣлъ донесъ мнѣ, по пред-  
ставленію вашему, объ опкрившихся во вѣренной вамъ  
Губерніи Духоборцахъ.

Общее правило, принятое мною на заблу-  
жденіе сего рода, состоятъ въ томъ, чѣмъ не  
дѣлая насилія совѣсти и не входя въ розысканіе вну-  
тренняя неповѣданія вѣры, не допуская однако  
же ни какихъ вѣщныхъ оказательствъ ослушанія  
оубъ церкви и строго воспрещая всякіе въ семъ со-  
блазны, не въ видѣ ересей, но какъ нарушение  
общаго благочинія и порядка. На семъ основаніи  
вы должны распоряжаться во всемъ, что касается до  
дѣлъ раскольниковъ: въ настоящемъ же случаѣ при-  
мине къ наблюденію вашему слѣдующее:

1-е. Снеситесь съ Епархиальнымъ Архіереемъ, чѣмъ  
въ селенія, гдѣ сестъ Духоборцы, преимущественно оп-  
редѣлая Священниковъ крошкихъ и благочинныхъ, под-  
тверждаемо имъ было, дабы не входя съ ними людьми  
ни въ какіе споры и распри, старались обратити ихъ

на путь истинны не соспязаніями и принужденіемъ, но единственно крошестію примѣра и свястностію жизни.

2-е. Съ другой стороны гражданское начальство долженствуетъ наблюдать, чинобъ раскольники не дозволяли себѣ оказывать къ священникамъ презрѣнія или грубостей, а наче не допускашь, чинобъ явнымъ разглашеніемъ своей ереси причинали они соблазнъ правосѣрнымъ, за что и предавали ихъ, какъ нарушителей общаго порядка, суду по законамъ.

3-е. Поручая точное исполненіе сихъ правилъ особенному члену папленія, я признаю нужнымъ впрочемъ такъ примѣнить, чино доколѣ не обнаружено будешъ въ духовордахъ явнаго неповиновенія установленной власти, доноса не можно по единому смыслу ихъ ереси судить и обвинять ихъ въ семъ преступленіи, но должно, осматывая ихъ спокойными во внутреннемъ ихъ исповѣданіи, воспрещать только явные соблазны, подвергая ихъ за то сужденію по законамъ, на нарушителей общаго благочинія постановленнымъ.

4-е. Чинобъ мѣры сіи могли имѣть болѣе дѣйствія, вы не осматывая снесесь съ духовнымъ начальствомъ, подивердить, чинобъ взаимно избѣгаемы были, сколько можно, всрѣчи съ шакowymi раскольниками, какъ то, посѣщенія въ ихъ домахъ и шому подобныя

случаи, къ спорамъ и раздору поводъ подашь mogućе. \*)

\*) UKAS VON 1804 AN DEN TAMBOWSCHEN CIVILGOUVERNEUR PALIZIN.

Der Minister der innern Angelegenheiten hat mir, auf ihre Vorstellung, wegen der in dem Ihnen anvertrauten Gouvernement entdeckten Duchoborzen, eine Unterlegung gemacht.

*Der allgemeine Grundsatz, der von mir in Betreff der Verirrung dieser Art angenommen ist, besteht darin:* daß man, ohne einen Gewissenszwang auszuüben und in eine Untersuchung des innern Glaubensbekenntnisses einzugehen, gleichwohl keine äußerlichen Beweise des Abfalls von der Kirche zulassen und alle *Aergernisse* in diesem Stücke streng verboten müsse, nicht aus dem Gesichtspunkt der Ketzerei, sondern als eine *Uebertretung der allgemeinen guten Ordnung und Ruhe*. Nach diesem Grundsatz sind Sie verpflichtet in allem, was die Angelegenheiten der Schismatiker betrifft, zu verfahren. In dem gegenwärtigen Falle aber richten Sie Ihr Augenmerk auf Folgendes:

1) Mit dem Bischof der Eparchie haben Sie Uebereinkunft zu treffen, daß in den Dörfern, wo Duchoborzen sind, vorzüglich Geistliche von sanftem Character und guten Sitten angestellt werden müssen, und diesen eingeschärft werde, daß sie, ohne sich mit diesen Menschen in irgend welche Zänkereien und Streitigkeiten einzulassen, sich bemühen mögen, sie auf den Weg der Wahrheit zurückzuführen, nicht durch Dispute und mit Gewalt, sondern einzig durch die Sanftmuth ihres Beispiels und die Heiligkeit ihres Lebens.

2) Von der andern Seite ist die Civil-Obrigkeit verpflichtet, darauf zu sehen, daß die Separatisten sich nicht erlauben, den Geistlichen mit Verachtung oder Grobheiten zu begegnen, und besonders

Fieri non potuit, quin tale Imperatoris placitum animos Duchoborzorum placaret et funestis eorum cum magistratibus rixis finem imponeret. Postquam a magistratibus superioribus inferiores quoque mitissima illa in tractandis Duchoborzis Imperatoris consulta sequi didicissent, cessantibus persecutionibus, plerique Duchoborzi pacis et obedientiae studio cacte-

nicht zuzulassen, daß sie durch öffentliche Verkündigung ihrer Keckheit den Rechtgläubigen Aergerniß geben, wofür sie denn auch, als Verletzer der öffentlichen Ruhe, dem Gerichte nach den Gesetzen zu überlassen sind.

2) In dem ich die genaue Erfüllung dieser Grundsätze Ihrer besondern Wahrnehmung überlasse, halte ich übrigens für nothwendig, Ihnen zu bemerken, daß solange unter den Duchoborzen nicht offenkundiger Ungehorsam gegen die vorgesetzte Obrigkeit erwiesen ist, man auch Ihre Hand nicht nach dem bloßen Begriffe benutheilen und sie die es Vergehens beschuldigen kann, sondern, indem man sie in ihrem häuslichen Chausen ruhig laßt, nur offenkundige Aergernisse hindern muß, indem man sie durch die richterliche Ahndung, nach den in Betreff der Verletzung der öffentlichen Ordnung gegebenen Gesetzen, unterwirft.

3) Durch die Maafregeln denen mehr Wirkung haben mögen, unterlassen sie nicht, indem Sie sich mit der geistlichen Gewalt in Verbindung setzen, einzusehen, daß wechselseitig, so viel möglich, die Beirührungen mit solchen Raschelnern vermieden werden mögen, als z. B. Fische in ihren Bieren und dem ähnliche Gelegenheiten, welche zu Wortwechseln und Hader Anlaß geben können.

ros cives aemulati sunt. Antea vero Fanatici haud raro magnos motus excitasse videntur. Sic in provincia Astrachan anno 1802 plures ex illorum numero magno cum tumultu haeresin suam in aperto foro proclamant, et in iudicium vocati, omne magistratibus obsequium renunciant. Quod ob delictum meritissimo sane Kolam in exilium pulsati sunt. Altera vice, in provincia Saratovensi, incolae haud exigui cujusdam pagi a fanatico quodam doctore, ut se cum uxoribus liberisque in antro clausis fame vel igne encarent, persuasi, in ipso autem facto detecti et morti jam propinqua crepti sunt. Auctor sceleris, in insulam Oesel relegatus, ad duros labores condemnatus est, et alius, quem ad eam ille dementiam adduxisset, ut puerum suum occideret, in monasterio aliquo inclusus caedis poenam luit. \*) Talium certe erronei separatismi fanaticarum quasi eruptionum nunquam postero tempore quidquam innotuit.

Novimus quidem ex Imperiali edicto, anno 1807 promulgato, \*\*) hoc ipso anno in Sibiria a Duchoborzis, dum in suam homines sententiam trahere periculum facerent, motus civium saluti perniciosos excitatos esse. Quorum suasores

\*) Cf. Сводъ T. I., P. 83.

\*\*) l. c. P. 89.



militiae Sibiricae adnumerari, quique armis impares essent annis quadraginta minores Nertschinskum ad metalla, natu majores vero in salinas provinciae Irkutzk Selenginskienses mitti idem jussit edictum, similemque agendi rationem in similibus casibus omnibus commendavit. Praeterea et schismaticos nonnullos Sibiriacis jam adscriptos militibus, cum repugnarent, eadem poena mulctatos invenimus. \*) Quibus tamen singulorum tantum Duchoborzorum pertinaciae exemplis si omnem in universum sectam ejusdem criminis ream putaremus, longe quidem nobis a vero aequoque aberrare videremur. Accedit quod aliqui recentiori tempore viatores nuntium nobis de iis attulerunt, a tali tamque iniquo de iis judicio sat alienum.

Nihilominus novum anno 1316 Duchoborzis periculum imminuit. Etenim praeses provinciae, ubi nova illa eorum colonia constituta erat, malis de vita placitisque schismaticorum rumoribus permotus, Imperatorem, ut denuo translocarentur, rogavit. Qua vero occasione data, iterum Imperator ea in tractandis civibus suis graecae ecclesiae non addictis consilia sapientissima mitisimaque prodidit, quae quidem, etsi jam prius a summis Rossiae magistratibus adhibita, ad ipsum

---

\*) Ibid. P. 90.

tamen ita prae caeteris pertinuisse videntur, ut certo aeternam ipsi clementiae et mansuetudinis laudem vindicarent. Die IX. mensis Decembris 1816 Caesar augustus edictum ad summum Chersonesi praefectum militare misit, quod, deinde publici juris factum, \*) ita aeterna memoria apud omnes dignum est, ut non possimus non integrum et authenticum eum transcribere, adjecta in notis versione vernacula:

### УКАЗЪ 1816 ДЕКАВРЯ 9. ХЕРСОНСКОМУ ВОЕННОМУ ГУБЕРНАТОРУ.

Изъ двухъ представленийъ вашихъ къ управляющему Министерствомъ Полициіи касательно поселенныхъ въ Мелитопольскомъ Уездѣ такъ называемыхъ Духоборцовъ, вижу я, что вы исправляете переселенія ихъ съ нынѣшняго мѣста жительства на другое. Къ такому представлению побуждаетесь вы доносеніями о развратной будно бы ихъ жизни, зловерныхъ для общества правилахъ, и желаніи разсѣванъ оныя между другими. Руководясь духомъ истиннаго Христіанства, можно всего лучше усилить въ достиженіи желаемой

---

\*) Сл. Сводъ Т. I., Р. 99.

дѣлаи по сему предмѣшу. Колонію поселенцевъ сихъ я поручаю особенному и ближайшему вашему надзору и попеченію; не полагаясь ни на чьи донесенія, вы не оставивше выикнуть сами безъ предубѣжденія во все мѣсячныя общоименельства ихъ, узнавъ въ точности ихъ образъ жизни и поведеніе, взвѣря на нихъ окомъ безъприсрашнымъ попечительнаго начальника ищущаго пользы Имперіи во благу частномъ вѣрениихъ ему людей. Учасіе сихъ поселенцевъ должна быти усмотрѣна безопасно, надобно чшобъ они могли почувствованы, чшо они состоятъ подъ охраненіемъ и покровительствомъ законовъ; и тогда только надежнѣе можно свидѣны оныя ихъ любви и привязанности къ Имперіи и возскажати исполненія по законамъ его, кои снмъ для нихъ благошворны. Еснмъ бы откровенно вамъ было не по одному извѣсти чьему-либо, но дѣйствительна на самомъ дѣлѣ, чшо у поселенцевъ сихъ урывающа дезертиры, бѣгале люди; еснмъ бы нашлось не сумѣнно, чшо они покунающа ошваеканы другихъ оныя общей церкви къ своему образу мыслей о религии: тогда обращая силу закона на шакымые противозаконныя поступки надлежнѣе положннѣ имъ претраду. Но и тогда не лзя допустить, чшобы за одного или несколькихъ виновныхъ уличенныхъ въ прес-

преступленіи опивчало и было испязуемо все общество  
 сихъ поселенцевъ, не участвовавшее въ ономъ. При  
 доносахъ и обвиненіи въ подобныхъ случаяхъ пребусп-  
 ся внимательнаго разбора, отъ кого сѣ доносы проис-  
 ходяшъ, и какія могли бытъ побудительныя причины  
 къ онымъ. Такъ и упоминаемые въ представленіи на-  
 шемъ двое изъ Духоборцевъ, кои по обращеніи къ Пра-  
 вославной церкви показали на сѣ общество разныя прес-  
 тупленія и свидѣтельствовали о развратной жизни въ  
 ономъ, могли учинить сѣ по злобѣ или мщенію: ибо  
 легко можешъ бытъ, что они опвергнуты были сами  
 отъ общества за дурныя поступки или оставили оное  
 изъ ссоры или вражды. Однѣ показанія шаковыхъ, ед-  
 ва и вниманія заслуживающія, не должны служить ос-  
 нованіемъ къ напряженію пошчасъ строгихъ слѣдствій,  
 къ забираенію подъ стражу, заключенію въ тюрьмы и  
 испязанію людей не изобличенныхъ еще ни въ какомъ  
 зломъ умыслѣ или проступкѣ. Самое изслѣдованіе по-  
 дозрѣваемаго преступленія долженствуетъ происхо-  
 дить такимъ образомъ, чтобы ни въ какомъ случаѣ  
 невинный не пострадалъ отъ онаго. \*)

\*) UKAS VOM 9. DEC. 1816 AN DEN CHERSONSCHEN KRIEGSGOUVERNEUR.

Aus Ihren beiden Vorstellungen an den Dirigirenden des Polizei-

Tali tantaque sapientissimi Imperatoris clementia salutem  
 Duchoborzorum iterum periclitatam tuente, talibusque consi-

---

Ministerium, in Betreff der, im Melitopolschen Kreise angesiedelten, sogenannten *Duchoborzen*, ersuche ich, daß Sie um eine Versetzung derselben von ihrem jetzigen Wohnplatze nach einem andern ansuchen. Zu einer solchen Vorstellung sind Sie bewogen worden durch die Berichte über das vermeintlich verderbte Leben derselben, ihre der Gesellschaft höchst schädlichen Grundsätze und ihren Wunsch, dieselben unter Andern anzustreuen. Durch den Geist des wahren Christenthums geleitet, kann man am besten zur Erreichung des gewöhnlichen Zieles in diesem Punkte gelangen. Die Colonie dieser Menschen als eine ich Fier besonders und nächsten Ansicht und Aufgabe. Ohne sich auf irgend Jemandes Berichte zu verlassen, werden Sie nicht unterlassen, selbst ohne Vorurtheil in alle örtlichen Verhältnisse derselben einzutreten, ihre Lebensweise und Auführung mit Genauigkeit kennen zu lernen, mit dem vorurtheilsfreien Auge eines sorglichen Vorgesetzten auf sie blickend, der den Vortheil der Regierung in dem Privatwohl der ihm anvertrauten Personen sucht. Das Schicksal dieser Ansiedler muß sicher gegründet sein, damit sie fühlen können, daß sie unter dem Schirm und Schutz der Gesetze stehen; al-dann erst kann man zuversichtlicher Liebe und Ergebenheit an die Regierung von ihnen erwarten und die Erfüllung der Gesetze derselben fordern, die für sie so wohlthätig sind. Wenn Ihnen nicht auf eine bloße Angabe von irgend wem, sondern wirklich und in der That offenbar würde, daß bei diesen Ansiedlern Deserteurs und entlaufene Leute versteckt werden sollten; wenn es sich als unzweifelhaft ergeben sollte, daß sie Andere

his ea, qua vidimus, provida cura summo loco proditis, sicut non potuit, quin Imperii magistratus, tum ecclesiastici tum civiles, optimum principem et in tractandis schismaticis sedulo imitarentur. Quod, quantum ad civiles attinet, jam ex ea sententia patet, quae a summo Imperii consilio (Государ-

---

von der herrschenden Kirche zu ihrer Denkweise über die Religion zu verleiten suchen; dann soll man, die Strenge des Gesetzes gegen ein solches widergesetzliches Verfahren anwendend, ihnen Schranken setzen. Aber auch alsdann ist es nicht zu gestatten, daß für einen oder einige des Vergehens schuldig Befundene die ganze Gesellschaft dieser Ansiedler, die daran nicht Theil genommen, verantwortlich sey und in Untersuchung gezogen werde. Bei Anklagen und Beschuldigungen in ähnlichen Fällen ist eine aufmerksame Untersuchung erforderlich, von wem diese Anklagen herrühren und was für Triebfedern dazu vorhanden sein könnten. So konnten die in Ihrer Vorstellung erwähnten beiden Duchoborzen, welche nach ihrer Rückkehr zur rechtgläubigen Kirche von dieser Gesellschaft verschiedene Vergehen anzeigten und das verderbte Leben in derselben bezeugten, dieses aus Bosheit oder Rache thun; denn es ist leicht möglich, daß sie selbst von der Gesellschaft, ihrer schlechten Anführung wegen, ausgestoßen waren, oder dieselbe aus Hader oder Feindschaft verließen. Die bloßen Anzeigen solcher, welche kaum Aufmerksamkeit verdienen, dürfen nicht sogleich Verhängung strenger Untersuchung, vorzeitige Bewachung, Einschließung ins Gefängniß und peinliches Verhör solcher Leute begründen, die noch keiner bösen Absicht oder eines Vergehens überführt worden. Selbst die Untersuchung des gewöhnlichen Vergehens muß auf solche Weise vor sich gehen, daß in keinem Falle der Unschuldige darunter leide.

степенный Совѣтъ, Reichsrath) anno 1820 lata et ab Imperatore sancita est: illos scilicet Duchoborzos, qui exercitui adscripti fuissent, si ob suae fidei praecepta jusjurandum abnuerent, quamquam apud exercitum retinendos, nullo modo tamen militiae sacramento esse obligandos. \*)

De clero autem orthodoxae ecclesiae Rossicae nemo ignorat, quanta jam diu superiores ejus ordines et in Christianos alii confessioni addictos, et in ipsos suos haereticos lenitate atque indulgentia excelluerint. \*\*) Non possunt quidem non Duchoborzos, qui quodlibet fidei christianae commune symbolum respuunt, sectam judicare apostatam et mira quadam imperitia obcecata, cui nulla prorsus cum orthodoxa ecclesia communio esse possit. Quo factum est, ut S. Synodus, pastori Lutherano, qui ex Superioribus quaesierat, num Duchoborzi cujusdam cum puella Lutherana conjugium sacro ritu inaugurandum esset, et liberi ex eo matrimonio enaturi, num Duchoborzorum sectae, an ecclesiae Lutheranae graecaeve adnumerandi essent, [per summum, cui rerum Livonicarum et

---

\*) Cf. Сводъ Т. I., P. 92.

\*\*) Hinc pertinet etiam, quod S. Synodus dirigens, mulctas nummarias, priori tempore in eos constitutas, qui ad sacram coenam adire omitterent, tollendas esse, initio hujus saeculi sapientissime decrevit. Cf. Сводъ Т. I., p. 71.

Esthonicarum cura mandata est, Imperii collegium (Reichs-Justiz-Collegium) omne omnino responsum negaret. \*) Nihilominus vero et hos schismaticos indulgentia vere christiana tractavit. Quod luculenter sane ea quaestione probatur, quam, in fontium nostrorum altero descriptam, S. R. Eugenius Metropolitae cum duobus Duchoborzis, Matthaeo et Jermolao, instituit. Qui cum prima vice contumaces in cubiculum suum introirent et pervicaci utentes silentio, neque in ipsum caeterosque praesentes, neque in Sanctorum imagines oculos verterent, vir clementissimus obviam eis ivit, nec quidquam eis, secum de fide disserturis, timendum esse dixit proptereaque, ne sibi persuasiones eorum celarent, admonuit; ipsi enim veritati, ait, inserviturum esse eorum colloquium, si tranquillo uterque animo res litigiosas perpenderent. Illis autem obstinato animo in silentio perseverantibus, suam cuique sententiam rationibus firmatam retinere, liberum esse inquit; nam cum tantum peccare in spiritum sanctum, qui deficientibus rationibus pertinaciter veritati repugnet. Quod ne in eos caderet, sermonem cum ipso serere adhortatus est, quia ex mutuis sermonibus veritas commode eluceret. Sic hortando paulatim vir S. R. assecutus est, ut in colloquium adducti non solum

---

\*) Схожд Т. I., P. 90.



interroganti certa dederint responsa, sed etiam sedato animo placide locuti sint, cum paulo ante non nisi acerbis conviciis altercati essent. Etsi nondum meliora edoctos, mansueta factos tamen eos dimisit.

Sed et minorum ordinum clerus, qui saepius proxime cum schismaticis versatur, egregium ordinum majorum exemplum sectatus est. Certe recens quidam scriptor indigna mutuum inferioris cleri schismaticorumque in provincia Saratovensi commercium sat faustum nobis descripsit, ubi de Molocanis egit. \*) Admirandam esse, inquit, clericorum ruralium mansuetudinem; nullibi enim apud eos fanaticum quoddam in convertendis hominibus studium, nec in rusticis odium dissensu religioso commotum apparere; mutua utroque pace frui, et Molocanos, quamquam ab ecclesia Graeca plane abstinentes, a nemine tamen laesos, strenue servare mores majorum. Quae quidem descriptio, licet facile faustior sit quam verior, certo non fictitia est.

Quae cum ita sint, haud raro contingit, ut schismatici in gremium ecclesiae orthodoxae maternum revertantur. Quadraginta et quod excurrit schismaticorum familias intra trien-

---

\*) *Karl Hermann* statistisches Journal, herausgeg. von der Academie der Wissenschaften, 1806, B. 1, Th. I., S. 147.

nii spatium in ecclesiam receptas esse, ephemerides Rossicae supra laudatae narrant (Омеченныя записки). Quorum quominus alii quoque sequantur exemplum, solo metu, ne derelicti fratres ultionem exigant, impediri seruntur. Ejusmodi casus cum evenisset, jam anno 1806 lege cautum est: \*) ut Duchoborzi in exilium ejecti omnesque in universum haeretici, qui poenitentes se in ecclesiam reciperent, absolutis ritibus ecclesiasticis eis praescriptis, domum remitterentur et in libertatem restituti non nisi ecclesiasticae inspectioni subiecti essent.

Itaque summis Imperii Rossici administratoribus laus sane praeclara debetur, ut, disquisitionibus subtilioribus hac in re plane omissis, veritatis et caritatis erga subditos sensu ducti, et verae indulgentiae in tractandis schismaticis consilia secuti, exemplo fuerint toti quidem Europae imitando, nec tamen ubique imitato.

Haec sine damno ecclesiae orthodoxae latius serperet Duchoborzorum secta, nisi tam egregiis principum magistratumque placitis atque decretis arctius coerceretur. Ad quod prae caeteris faciunt separatae illae a reliqua plebe schismaticorum coloniae, ubi sub provida magistratum tutela spatium

---

\*) Cf. Сводъ Т. 1., P. 93. Edict. d. d. XX. Mart.

satis amplo fruuntur, omnesque res ad fidem pertinentes ex suo solo arbitrio discernunt, nec tamen ulla sibi assecelas parandi aliosque, si forsam unum alterumve errorem excipias, in partes suas trahendi facultate gaudent. Apparet igitur, colonias schismaticorum in desertis Tauriae regionibus a. 1801 constitutas commodissima ratione eos cum salute publica conciliasse.

Sedes Duchoborzorum principalis nunc est colonia Melitopolitensis jam supra memorata, in provincia Taurica ad dextram Molotschnae ripam sita, ubi novem vicos bene aedificatos ab iis habitatos esse Ephemerides jam laudatae (Очевиденныя записки) referunt. Quorum nomina, partim symbolica, haec sunt: 1) *Terpenie*, qui est pagus eorum primarius, ubi jurisdictio iis est una cum aedibus publicis, et amplissimum eorum pomarium amoeno rivo irrigatur, 2) *Rogdanovka*, 3) *Troitskaja*, 4) *Novospaskaja*, 5) *Tambovka*, 6) *Radinovka*, 7) *Jakimvoka*, 8) *Gavrilovka*, 9) *Gorèlaja*. Octingentae circiter familiae, numerum fere quatuor millium hominum, et marium et seminarum, efficientes, vicos illos inhabitant.

Quaeritur tandem, quaenam sit Duchoborzorum ad reliquas sectas ecclesiae Rossico-Graecae, vel maxime inter se variantes, relatio, num ulla omnino in rebus ad fidem pertinentibus cum eis sit communicatio, necne? Silentio id praetere-

unt fontes nostri. Unde quidem nobis concluderè licet, nullam ubique Duchoborzorum cum caeteris sectis Rossicis communionem exstare. In quam sententiam solis jam internis rationibus adducimur, cum illi et doctrinam foveant a reliquorum schismaticorum placitis quam maxime discrepantem, et cultum externum caerimoniasque respuentes, hisce addictos non spirituales Christianos, sed mundanos homines esse praedicent. Et Rascolnicorum autem numero plerique in observandis externis ecclesiae ritibus, e. g. jejuniis, vel ipsis orthodoxis severiores sunt. Indubitata vero sententiam nostram id reddit, quod l. c. de Duchoborzis certe Melitopolitanis refertur, eos scilicet nec cum *Molocanis* quidem societatem iniisse. Quod quidem eo magis separationem eorum a caeteris sectis confirmat, quo minor inter utrosque fidei dissensus deprehenditur, ita ut hucusque ab omnibus fere unum idemque hominum genus habitum sint. Ipsi Molocanis anno 1821 inter Mennonitarum sedes agri, in quos coloniam deducerent, Duchoborzorum regionibus finitimi assignati sunt, ubi ex provinciis Tambov, Orel et Ekaterinoslav plerique profecti, inde ab anno 1823 vicum ab ipsis conditum (*Norovassiljevskoje*) incolunt et inter octingentos circiter homines utriusque sexus Cosacos quoque militaribus honoribus ornatos numerant. Quos Molocanos cum primum Duchoborzis sociare voluissent magistratus, hi recusarunt, dissensionem doctrinae jactantes, quam

quam non descriperunt. Sed et iidem Molocani, de quibus in posterum plura referemus, differre inter se perhibentur. Neque id dubium videtur, praesertim quia multos, qui ob quamlibet causam ab ecclesia defecerunt, in suam societatem assumere solent, ideoque sociis] diversissimas opiniones foventibus utuntur.

Quae cum ita sint, facile apparet, in fide moribusque Schismaticorum nostrorum non consensionem solum, sed et dissensionem obtinere. Utramque in altera commentationis nostrae parte, Deo juvante, delineabimus.

qui-  
iben-  
, qui  
cieta-  
iones  
  
asque  
t dis-  
ionis

